



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

§. 60. Fœderatorum exercitum fundendi occasio a Lautreco neglecta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](#)

Sæcul. XVI. pide a Pontevico dissitam expugnaret.
A.C. 1521. Hoc in loco hostis sibi plenam securitatem pollicebatur, eoquod Venetorum Legatus promisisset Pontifici, quod eorum Senatus, quamvis Dux cum Francisco Rege foedus pepigisset, Gallorum copiis ad nullam Reipublicæ urbem ingressum concessurus foret: unde quoque concludebat Legatus, Venetos nunquam eo duntaxat fine, ut unius fluvii transitum impedire possent, copias suas discrimini exposituros, ne forte exercitu suo semel profligato sese non minus, quam Mediolanenses alieno imperio subjicere compellerentur. Obstupuit tamen vehementer Legatus, postquam ei summo mane nunciaisset Columna, quod Lautrecus noctu Pontemvicum tormentis muniisset, ut cum illis Fœderatorum castra Rebeccæ posita infestaret.

§. LX.

Fœderatorum exercitum fundendi occasio a Lautreco neglecta.

Enimvero tormentorum vis fœderatorum copias tanta clade afficiebat, ut post unius horæ intervallum tam præcipiti fuga castris exedere cogerentur, ut abs dubio, si Lautrecus tormenta sua Pontemvicum mittere distulisset, ac ipius cum suis copiis eo sese contulisset, fœde-

fœderati aut Rebeccæ fame periissent, Sæcul. XVI.
 aut a Gallis, Venetisque, qui illos nu- A.C. 1521.
 mero longe superabant, penitus deleti
 fuissent.

Helvetii, cum occasionem a Lautre-
 co neglectam probe cognoscerent, ludi-
 brii gratia a Gallis præmium, quod a-
 lias parta victoria eorum militibus di-
 stribui solet, petebant, eoquod pro par-
 te sua, ut victores essent, nihil reliquum
 fecissent. Ceterum Papæ ac Cæsaris co-
 piæ Gabioneum in Mantuana ditione si-
 tum sese recipiebant; indeque Ustianum
 procedebant, ubi castra sua vallis fossis-
 que munientes adventum duodecim Hel-
 vetiorum millium, quos Cardinalis Se-
 dunensis adducebat, præstolabantur.
 Hic, ubi has copias suo Imperio com-
 missas videret, veritus, ne Helvetii se
 contra Gallos ad pugnam duci, brevi
 animadverterent, illos prævenit, di-
 cens, nequaquam fœderis fidem violari;
 cum non de Franciæ, sed summi Ponti-
 ficiis, Sedisque Apostolicæ caufsa age-
 retur, ac deceret, quod eidem opem
 ferrent ad recuperandas urbes Parmam
 & Placentiam, ad quas Francifco Gal-
 liarum Regi nullum omnino jus compe-
 teret: ut vero hisce rationibus majus ro-
 bur adderet, inter Helvetios ingentem
 pecuniarum summam distribuit, inde-
 que potissimum eorum partem ad sua stu-

H 3

dia

Sæcul. XVI. dia pertraxit. Non deerant tamen ex Pa-
A.C. 1521. go Tigurino quatuor Helvetiorum millia,

quæ ceterorum partes sequi detrectabant,
 ex quorum repugnantia haud levia ex-
 orta fuere dissidia. Re comperta Magi-
 stratus edictum promulgabant, quo om-
 nes Helvetii nemine excepto utrumque
 exercitum deferere jubebantur, cum non,
 ut dicebant, congruum esset, quod u-
 nius Nationis Viri eodem tempore duo-
 rum hostilium exercituum stipendia me-
 rerentur, seque mutuo jugularent. At-
 tamen Sedunensis Cardinalis ejusmodi
 mandata publicari suspicatus, tanta ute-
 batur solertia, ut hoc edictum in manus
 ejus incideret, quo circa non nisi illud
 ad Helvetios, qui sub Lautreco Gallis
 uniti erant, directum expediri curavit,
 alterum vero ad Helvetios, qui in Fœ-
 deratorum exercitu in Italia militabant,
 inscriptum penes se retinuit.

§. LXI.

Helvetii a Gallorum exercitu sejuncti.

Bellcar. l.16. **Mem du Bel-** **lai l. 2.** **H**elvetii accepto suorum mandato Lau-
 treci castra deserebant, ad sua re-
 versuri; cum vero illos, qui Fœdera-
 tis juncti erant, persistere intelligerent,
 eadem illis iussa haud data suisse existi-
 mabant, hac de re vehementer commo-
 ti. Nihilominus Sedunensis Cardinalis,
Vir